

1718. April. 20.

28

Alphonso Vignolio

S. D.

Theophilus Sigefridus Bayer

Si tecum diutius esse potuisssem praestantissime Vignoli, non dubito futu-
rum fuisse, ut, qui ex iis, quae a te scripta legi quaeque amicos
et eruditos viros de te iudicare audiui, tuam eruditionem
magni feci, eadem prorsus et summa cum voluptate mea frui
potuisssem. Ego vero cum id fieri eo tempore non potuit, tamen gau-
deo, me amicissimo Lacroso conciliante tibi innotuisse itaque
sperare, te post illo humanitatis in me tuae praedicta conces-
suram esse aliquam locum amoris in me tui eumque frequentibus,
quantum potest, litteris conservaturum. Cum Berolini esset cepi
magnam voluptatem et fructum ex Sincis, quae ibi extant in Re-
gia bibliotheca plurimo. Inter ea annales evolui et pro hac in-
fantia in illis litteris meae coepi quaerere locum, in quo de Ediff.
Paschali tempore passionis Christi fieri mentionem et Mullerum et
P. Cuperum decere memineram ac inveni illum Suae usque Cuperi
Chronologia facillimo negotio. De omni illa controversia, quae sa-

ne arguta est et difficilis meo iudicio, ad te referam. Sicut me cogi-
 turam ex te esse, non modo quid suspiceres, sed quid omnino et ex ve-
 ritate taceas et sentias. Mullerus de hac Eclipsi hortatu Adamandi
 Kochanszki scripsit, sed ita, ut solent alias, sine genio et tunc aliqua
 haud sciens, quae postea denuum involuerant. Primum tibi notandum
 temporis certam dicam, quae a Cuypleto in Chronologia Sinica rectis-
 sime posita est. Mullerus aliqua non intelligens ansem delit Pontre-
 lii dubitationibus. Accidit igitur Imperante Luang Vu Ti septimo
 anno hoc est ab. 1711. Cycli 2277. Veris Luna tertia ultimo
 die Eclipsin fuisse. Hoc de ultimo die non intelligens Mullerus,
 nescio de quo Lunae signo interpretatus est, nam nunc eum ad ma-
 nam non habeo. Menses Lunares sunt apud Sinos atque eisdem no-
 mine cum Luna vocantur. Incipit autem annus, cum ^{Sol.} ingreditur me-
 dium Aquarii signum, ut habet Golius et Persa quidam apud Hyden
 in historia religionis veterum Persarum, qui quidem sine ingenio
 et accurate scripsit, ita tamen ut in his rebus usui esse possit.
 Tu nunc de eo iudicabis. Arbitror Nepleram pugnare pro Ecli-
 psi universali et sunt vestigia eius apud alios scriptores, sed non
 admodum luculenta. Memorantur et aliae eclipses in annali-
 bus his viciniae, ex quibus si confici possit extraordinariam il-

v. art. Nise.
 Sin. p. 34.
 Cuyplet.

lam fuisse, opinor de tempore passionis pronunciari ex illis debere.
 Alioqui si hoc non sit, non opinor opus esse, ut Evangelistas de tenebris
 illis dicentes ita interpretemur veluti illae eclipsis fuerint Solis. Lu-
 cas ita dicit: Ἐκκοτιάλῃ ὁ ἥλιος et antea καὶ ὀσκόλος ἐγένετο ἐπὶ
 ὁ ἄνθρωπος τῆν ἡμέραν. Primum hoc de Iudaea tota qui interpretantur, non
 sane desipiunt, quamquam errare possunt. De tenebris ipsis in mentem
 veniant Homeri versus digni attentione alicuius. Α. Π. Sarpedone
 filio Iouis moriente:

Ζεὺς δ' ἐπὶ νεῖατ' ὀλοῦντ' ἀνυσοῦσ' ἀρχαγγέλλ' ὀφείλει
 ὄφρα βίβω πρὶν περὶ μάδης ὀλοῦσ' πόνοσ' ἐγώ.

Ad quos Eustathius ita scripsit: Ἄνεκα δὲ καὶ τὸ πρὶν τὸν ἀέρα ποδὸν
 πάλος ἐν τῆς κοίτης, ἢ καὶ ἀέριον βλάσας ἐκασοῦσ' καὶ βίβω καὶ πρὶν
 αὐτῆς ὀφείλει. Τὴν δὲ αὐτὴν ἐν τῆς ἐγὼσ' ἀφ' ἑσέρων ἐπὶ πλέον με-
 λησῶν πατρὸς καμίνσ', ἐκασοῦσ' ἐκασοῦσ' ἥλιος ἢ οὐρανός. Σημεί-
 ωσαι δὲ ὅτι τοῦτο νεῖατ' ἐστὶ τὴν ἐξ ἀέρος ἐν ἡμέρᾳ βίβω-
 σιν. Cum haec expendere, quod tibi commodum sit, litteras Lucrosp
 commendato, qui eas cum suis ad me mittet. Ego te valere et diu
 incolamem nobis litterisque esse volo. Regio monte XII. Cal. Iulii
 Id. Iul. ccc. XVIII.

By 26. Mai. 1599.

M. Beyer. 19. April 18.

29v

A Monsieur
Monsieur Alphons. J. Wig.
notes
p. c.
a
Berlin